

Georg Albert Kuetemeyer

## **De Termino Probatorio Secundum Iura Meclenburgica : Commentatio Inauguralis Iuridica**


Rostochii: Typis Adlerianis, MDCCCIX


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1005168504>


Druck Freier  Zugang  OCR-Volltext

RU jurist. 1809


Kütemeyer, Geor. Alb.











DE  
TERMINO PROBATORIO

SECUNDUM IURA MECLENBURGICA

COMMENTATIO INAUGURALIS IURIDICA

QUAM

AUCTORITATE ET CONSENSU

ILLUSTRIS IURECONSULTORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA ROSTOCHIENSI

PRO

SUMMIS IN UTROQUE IURE HONORIBUS RITE  
CAPESSENDIS

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

GEORGIUS ALBERTUS KUETEMETER

SUERINENSIS.

---

ROSTOCHII

TYPIS ADLERIANIS MDCCCIX.



DE  
TRIMINO PROBATORIO

SECUNDUM IURA NECEMURGICA

COMMENTATIO IN IURISPRUDENTIA

IN IURISPRUDENTIA

ACADEMIA ROSTOCKENSIS

SEMPER IN UTROQUE IURE THEOLOGICO ET  
CIVILI

IN IURISPRUDENTIA

GEORGII MEYERIUS ROSTOCKENSIS

IN IURISPRUDENTIA

---

## PROOEMIUM.

---

**U**t actibus in iudicio expediendis certa statuantur tempora diesque, judicialis processus ordo nec non litium abbreviatio exigunt flagitantque, quoniam hac solummodo ratione litigantium jura effectu gaudere queunt. Obvenit ista temporis dictio in probatorio eadem ratione, qua in reliquis processus partibus, quamvis favore habeatur digna probatio. Sine hac enim temporis dictione producens in probatione deficiens ad nova probandi media suppeditanda semper sese paratum praestaret, et productus ab impugnatione probationis ab adversario feliciter peractae desisteret nunquam; eluderentur sapientissimarum legum vis et scopus, ac lites redderentur aeternae. Verum enim vero quum computatio termini, quem sensu stricto probatorium nominare consuevimus, difficultatibus implicata sit, non ingrata fore legum cultoribus hanc opellam spero, et causarum patroni officia, et ea, quae in legibus tam in genere quam in specie de nostro themate sancita reperiuntur, scrutantem.

## §. I.

Vocabula dilatio, *Frist*, et terminus, *Tagesfahrt*, *Termin*, non raro pro synonymis accipimus; iisque sensu generali designamus tempus statum atque praefixum ad expediendum actum a lege vel iudice injunctum<sup>(1)</sup>. Proprio sensu et strictiori vox dilatio, *Frist*, denotat spatium temporis — plures dies, septimanas vel menses continens, — diem, intra quem — intuitu cuius nihil refert, utrum judicialis actus injunctus initio spatii an sub finem ejus expediatur, quippe quod positum est in arbitrio ejus, cui injunctus est actus. Vocabulo terminus, *Termin*, denotatur dies fixus vel ad quem, quo ipso die (nec ante, nec post illum) actus judicialis injunctus expediri debet. Sensu strictissimo denique dilationem — *Frist* — nominamus prolongationem termini jamjam constituti, quae quum conceditur  $\alpha$ ) ante prioris termini lapsum — *dilatio prorogata*,  $\beta$ ) post ejus lapsum — *dilatio nova* audit. Dilationes varii sunt generis, ratione nempe objecti et ratione fontium. De prioribus earumque speciebus differere, non hujus est loci, sed ablegamus eos, qui satius erudiri cupiunt, ad BALTHASAREM<sup>(2)</sup> et BRUNNEMANNUM<sup>(3)</sup>, qui fusius de illis disseruere. Majoris vero momenti nobis est dilationum divisio ratione fontium. Originem enim trahunt ex lege, iudicis dispositione et partium conventionem<sup>(4)</sup>. A) Terminus s. dilatio legalis est, qui vel ordinationibus processuum aliisve legibus positivis vel consuetudinibus in controversiam non vocatis determinatur. Dilatio ista  $a$ ) vel immediate a lege praefigitur litigantibus — terminus s. dilatio legalis absolute talis — vel lege quidem

dem praescripta est, sed ut effectu gaudeat, a iudice praefinienda — terminus s. dilatio legalis secundum quid talis (5). B) Terminus s. dilatio judicialis dicitur, quam iudex in casu obvio ex arbitrio determinat, sive nulla ratione circumscriptum sit arbitrium, sive limitatum ita, ut ei liceat, vel ex pluribus a lege praefinitis dilationibus eligere eam, quam statui causae convenientem autumat, vel dilationem legalem prorogare seu renovare. C) Termini s. dilationis conventionalis definitione supersedere licet, quum vis atque sensus vocabuli per se patet.

Ratione effectus ceterum in dilatorias, peremptorias et fatales (6) dividuntur. Et quidem I. Dilatio dilatoria est, cujus reiterationem et prolongationem sine haesitatione decernit iudex, et qua neglecta contumax non amissione juris cuiusdam, sed resarcitione saltem expensarum ab adversario frustra erogatarum coercetur (7). II. Dilatio peremptoria — quae prolongari quidem potest, sed non nisi ex ratione sufficiente, et cujus neglectio juris cuiusdam amissionem operatur, simulac ab adversa parte contumacia rite fuerit accusata ac iudex de ea decreverit (8). III. Dilatio s. terminus fatalis — *Nothfrist* — quae nulla ex ratione prolongari potest (9), immo de momento in momentum computatur, et post cujus lapsum sine ulla contumaciae accusatione ac sine ullo iudicis decreto jus omne intuitu neglecti actus statim amittitur (10).

(1) Sic v. g. plerumque vocem *Beweis-Termin* pro *Beweis-Frist* audies.

- (2) Tract. jurid. de terminis ac fatalibus judicialibus eorumque computatione. Gryphisw. et Lipsiae 1748.
- (3) Process. civil. Cap. 6. Nr. 2. seq.
- (4) Termini — Tagesfahrten — in sensu proprio semper sunt judiciales.
- (5) A multis Jctis termini legales vocari solent termini ordinis — *Ordnungs Fristen* — sed hac voce id potius insignitur temporis spatium, quod in processu ordinario partibus ad actum quandam expediendum a iudice in regula praefigitur. — *Spatium* — *ajo* — quod iudex in processu ordinario et quidem secundum regulam quandam praefinit, quippe in processu summario, ut et ob periculum ex mora oriundum in processu ordinario terminus ordinis coaretatur. In tribunalibus Megapolitanis terminus Ordinis trium est septimanarum. *Hofgerichts Ordnung P. 2. Tit. 12. §. 4.* Dilationes legales absolute tales ceterum vocantur fatalia, de quorum effectibus vide Numer. III. hujus §phi.
- (6) De origine vocis — fatale — confulas quaeso L. N. L. B. AB ENDE Commentationem de fatalium rigore iniquo, poenisque contumaciae temperandis. Halae 1737. Cap. I. §. 13. seq.
- (7) Ne vero in infinitum trahatur expeditio actus injuncti, data est iudici potestas, tertiae dilationi concessae vim et qualitatem peremptoriae (disertis vero verbis) tribuendi. Et hoc in casu omnia, quae de dilationibus peremptoriis sub Nr. II. diximus, observanda sunt.
- (8) Huic ergo dilationi solummodo convenit regula: Contumacia non accusata non nocet.
- (9) Secundum LL. Imperii Germanici plura interim fatalia prolongari possunt,

possunt, et jura provincialia in determinandis hisce dilationibus plerumque idem permittunt. Sed hae dispositiones tanquam regulae juris communis nec stabiliri nec probari possunt. Et ut omnino dicamus, quid res est, ratione horum fatalium, proprie sic dictorum, partibus nulla est relicta facultas, judici solummodo unica, concedendi nempe restitutionem in integrum, quoties graves hoc poscunt rationes. Contrarium permulti quidem JCTi affirmare conati sunt, et ex iis praepriis GROLLMANN et JANUS; vide sis prioris Theorie des gerichtlichen Verfahrens edit. II. §. 127. b. Not. 6. in fine, et posterioris D. de prorogatione atque coarctatione conventionali fatalis interponendae appellationis, Giesae 1787. Sed evolvas velim ante omnes GOENNERI Handbuch des gemeinen deutschen Prozesses. (2te Ausgabe.) III, 59, ubi ea, quae KLUEBERUS in der kleinen juristischen Bibliothek Vol. V. p. 476. ingeniosissime, ut solebat, proposuit, recensita reperies.

(10) Quo pacto contingere potuerit, ut permulti JCTi et vel magni nominis viri terminum fatalem cum termino peremptorio confunderent, mente eo minus assequi possum, quo magis eorum differentia patet, et quo facilius perspicui possit. Verum haec permixtio variis falsisque assertionibus dedit ansam, et praecipue in doctrinam de termino probatorio spinas sparsit atque dumeta. Sed praelucentibus, tanquam pharis, definitionibus, quas proposuimus in Spho, tuto pede peragemus iter, id quod ex infra dicendis elucebit.

## §. II.

Vocabulo — terminus probatorius — in sensu latiori sumto intelligimus quemcunque terminum, ipsam probationem ejusque per-

peractionem concernentem. Sic in probatorio ordinario a) introductioni, b) prosecutioni et c) justificationi faus cuique est terminus. Sensus vero strictiori probatorius terminus nihil aliud est, nisi terminus, ante cujus lapsum probatio, quam iudex interlocuendo postulavit, est introducenda, ideoque vox ista nec peractionem nec justificationem, sed introductionem solummodo concernit. Ex quo sequitur, de hoc termino quaestionem non existere posse, nisi ante omnia iudex de probatione sententiam tulerit interlocutoriam; nec locum ei esse relictum in probatione anticipata, quippe in qua exulat interlocutoria. Introductio probationis denique est notificatio a producente iudici facta, sese probationem quandam esse suscepturum, allegando simul media, quibus usus est, juncta imploratione, ut iudex ea, quae ad prosecutionem probationis necessaria videntur, decernat (1).

(1) Currente termino probatorio introducta probatio ampliari et mutari a producente potest, (quod prius probationem additionalem vocant). Jus Canonicum interim Cap. 15 et 55 X. de testibus et attestationibus sancivit, juramentum calumniae vel malitiae a producente esse praestandum, quum quarta vice testes examinari desiderat.

### §. III.

Verum enim vero quamquam ex hucusque propositis luculentissime pateat, maximi esse momenti hanc temporis dictionem in probatorio, attamen nec leges Romano-Justinianae nec jus Canonicum expresse praescrierunt terminum, intra quem probatio sit suscipienda,

penda, nisi quod canones Pontificum spoli exceptionem allegantibus quindecim dierum dixerint terminum<sup>(1)</sup>. Nec ulterius processerunt LL. Imperii, cum tantum absit, ut probationi ullibi statuerint terminum, ut potius R. I. N. anno 1654 promulgatus iudicis arbitrio reliquerit spatium probantibus concedendum<sup>(2)</sup>.

Contendere quidem ausus est LEYSERUS<sup>(3)</sup>, jure Justiniano terminum probatorium vere esse constitutum, sed operam perdidit vir celeberrimus. Constitutio enim imperialis in corpore juris de hac materia existens unica<sup>(4)</sup>, quam in auxilium vocavit, non de termino probatorio ipso, sed de prolongatione istius statuit, iudicique temporis spatia praescribit, ultra quae in concedendis dilationibus progredi prohibetur, minime vero illum spoliat jure, breviores decernendi terminos. In aprico itaque positum est, secundum hanc ipsam legem mere arbitrariam esse termini probatorii dictionem, uti optime dudum observavit KOCHIUS<sup>(5)</sup>.

Accedit denique, omnes affirmare DD. ipsumque LEYSERUM, quod vi legum imperii constitutio allegata nunquam in Germania viguerit. Unde sequitur, quod, si nec leges provinciales probationi suscipiendae expresse dixerint terminum, aut conventioni partium hoc sit relictum, aut iudicis esse officium, qui secundum diversitatem facti dubii et mediorum probandi modo consuetum modo amplius spatium decernere solet.

(1) Cap. I. de restitut. spoliat. in 6to, (II. 5) verb. *si in civilibus ab actore, in criminalibus vero se spoliatum reus asserat a quocun-*



*que, intra quindecim dierum spatium (post diem, in quo proponitur,) quod offerit, comprobabit.*

- (<sup>2</sup>) N. R. I. §. 50. verbis: Was die dilationes probandi, (deren beide streitende Parteyen respective sich zu gebrauchen benöthiget seyn möchten,) anbetrifft, weil dieselben vermöge der Ordnung part. 3. t. 16. §. Was aber u. s. w. nach Gestalt und Gelegenheit der Sachen und Parteyen gemäßiget, und keinem Procuratori die zweite oder dritte dilatio sine causae cognitione und ohne umständliche und glaubhafte Anzeige, angewendeten genügsamen Fleißes und vorgefallener Verhinderung, gegeben werden sollen, auch in Deputations-Abschied Anno 1600 §. 1. Obwol u. s. w. in Unserer Kaiserlichen und des Reichs-Cammergerichts-Ordnung dieselben Prorogationes gar abgeschafft, aber mit der vierten Dilation vermöge und Inhalts der gemeinen Rechte zu halten verordnet worden. Als solle es dabey sein Verbleiben haben, außerhalb daß hinführo, nach Verfließung des ersten termini probatorii, oder der ersten Dilation, die zweite dilatio nicht anders, als cum causa cognitione, wie obgemeldet, ertheilt, bey der dritten aber diejenigen Requisita und Solemnitäten der Rechte, die bey der vierten bishero bräuchlich gewesen, in Acht genommen werden." Und §. 54. Nach Verscheiung der Zeit, so zum Beweisthum gegeben worden, soll in dem vierten Termino der Kläger, auch respective der Verantwörter, wenn derselbe Gegenbeweisthum geführet hat, so bald die Ordnung dessen Procuroren betreffen würde, Publication und Defnung der Zeugensag und Kundschaft, so durch ihn geführet werden, begehren, auch andre seine Jura und Documente einbringen, und dem Gegentheile derselben Abschrift, auch, ob er wolle, wider dieselben, und alles anders, so eingelegt worden wäre, zu reden und zu han-

handeln, im nächstfolgenden Termin zugelassen; doch so dieselben Gegenparteyen alsobald gemeine Einreden darwider vorwenden, und weiter dagegen in Schriften nicht handeln mögten, sollen sie solches auf diesen oder hiernächst folgenden Termin zu thun ebenmäßig Macht, und es dieß Orts bey der Ordnung sein Verbleiben haben.

- (<sup>3</sup>) Medit. ad Pand. 258. 2.
- (<sup>4</sup>) L. I. C. de dilat. (III. II) Quoniam plerumque evenit, ut iudex instrumentorum vel personarum gratia dilationem dare rerum necessitate cogatur, spatium instructionis exhibendae postulatum dari convenit. Quod hac ratione arbitramur esse moderandum, ut si ex ea provincia, ubi lis agitur, vel persona vel instrumenta poscantur, non amplius quam *tres menses* indulgeantur. Si vero ex continentibus provinciis, sex menses custodiri iustitiae est. In transmarina autem dilatione *novem menses* computari oportebit. Quod ita constitutum, iudicantes sentire debebunt, ut hac ratione non sibi concessum intelligant dandae dilationis arbitrium, sed eandem dilationem, si rerum urgentissima ratio flagitaverit, et necessitas desideratae instructionis exegerit, non facile amplius quam semel, nec ulla trahendi arte, sciant esse tribuendam.
- (<sup>5</sup>) In tractatu, de initio termini probatorii, Giesae 1785. §. 3.

#### §. IV.

Jus Mecklenburgicum cum jure communi conspirat. Nullibi in legibus patriis uniforme temporis spatium reperitur praefinitum, intra quod semper sit suscipienda probatio; ideoque soliti plerum-

que judiciorum termini ordinis (§. I. not. 5.) probationi quoque dicuntur.

§. V.

Hunc terminum probatorium fatalem esse, cum DANZIO (1) affirmant alii; plures (2) autem, ad Germaniae praxin fere universalem provocantes, vim peremptoriam tribuendam illi esse contendunt. Verum enim vero, nec hoc nec illud assertum justo fundamento inniti persuasus sum. Audiamus ex iis, qui has qualitates termini probatorii defendunt, instar omnium WERNHERUM, ut argumenta, quibus usi sunt, appareant. „Terminus, inquit, probatorius, sive lege definitus, sive a iudice datus, per se peremptorius intelligitur; ut eo elapso probationi non amplius locus sit. Quocirca non opus, sed superfluum est, ut comminatio expresse addatur, quippe quae virtualiter et implicite semper subintelligenda. Hujusmodi fatale, quod vocant, per se poenam desertionis insert (3).“ Nulla omnino lex allegata est, quae decisionem firmet, nulla ratio ex legibus generalioribus deducta thesin comprobat. Mirum itaque non est, hanc opinionem fere communem nostro tandem aevo impugnatam esse. Si quid enim recte video, sanae rationi et principiis jure positivo stabilitis adversatur, terminum praedicare peremptorium, quem nec expressa lex nec analogia juris peremptoriis annumerant. Applausum itaque merentur, licet numero longe inferiores, qui qualitatem peremptoriam secundum jus commune negant: iisque accedere nullus dubito, quum omnis probatio jure suo favorem poscat; et incongruum videatur, in potioribus processus partibus terminos

coar-

coarctare, in iis vero, quae minoris momenti sunt, dilationum numerum augere. Vestigiis inhaereo virorum de jure nostro bene meritorum, qui opinionum communium figmenta, quotquot adhuc supersunt, eliminare studuerunt. Si quis sit, qui diversam adhuc foveat sententiam, perpendat quaeso, non deesse auctoritates, eadem, quae amplector, principia defendentes. Sic ut aliquos saltem JCtos nominem, WEBERUS: Nichts ist ausgemachter, inquit, als daß Rechtsgelehrte und Ausleger keine Gesetzgeber sind, und daß es nicht darauf ankomme, was sie behaupten, oder wie viele unter ihnen einen Satz annehmen, sondern ob und in wie ferne Gesetze und Rechtsgründe ihren Lehren beistimmen <sup>(4)</sup>; ac conditores legum Borussiae, (Preussisches Landrecht,) qui hanc veritatem robore legis donaverunt: Auf Meinungen, inquierentes, der Rechtslehrer, oder ältere Aussprüche der Richter soll bey künftigen Entscheidungen keine Rücksicht genommen werden <sup>(5)</sup>. Quodsi quis existimet, generalia haec principia intuitu termini probatorii exceptionem quandam satis agnitam admittere, sciat, adesse etiam viros in scientia legitima versatissimos, qui idem intuitu hujus termini specialiter profiteri non dubitarunt, G. L. BOEHMERUS <sup>(6)</sup>, THIBAUT <sup>(7)</sup>, GOENNERUS <sup>(8)</sup>, aliique. Ne citata nimium cumulentur, unicum adhuc votum huc pertinens infra adseribo <sup>(9)</sup>.

(1) Grundsätze des ordentlichen Prozesses, §. 262.

(2) His quoque accesserat MARTIN in priore editione des Lehrbuchs des bürgerlichen Prozesses, §. 134. At in editione altera §. 177, in rectam rediit viam.

- (3) Observationes for. Tom. I. Part. V. Obf. 76.
- (4) Ueber die Prozeßkosten u. s. w. S. 10. C. 92. Edit. II.
- (5) Einleitung, S. 8.
- (6) Princip. Juris Can. S. 778.
- (7) System des Pandectenrechts. - S. 1199. not. m.
- (8) Handbuch des gemeinen Prozeßes, II. 37. S. 29.
- (9) von Justi Vergleichung der Europäischen mit den Asiatischen und andern vermeinten barbarischen Regierungen. C. 545.  
 „Nichts ist der Vernunft mehr gemäß, scribit vir clarissimus, als daß die Richter keine Gesetzgeber, sondern nur Anwender der Gesetze seyn sollen.

## §. VI.

Erroneam illam opinionem, tum temporis communem, probarunt constitutiones Megapolitanae, termino probatorio qualitatem tribuentes peremptoriam, quarum prima haec habet: „Wir haben verschiedentlich wahrgenommen, daß bei Unsern Landes-Gerichten in Fällen der auferlegten Beweis-Führung der terminus probatorius pro peremptorio et praecclusivo nicht behandelt, sondern in solchem Betreff ohne eine Landesherrliche Constitution bloß vermittelst einer eingeschlichenen Observanz von der Vorschrift der gemeinen Rechte abgewichen, mithin auch die Beweis-Führung zum Nachtheil der prompten Justiz-Pflege jezuweilen unleidlich verschleppet worden. Diesem Ge-  
 bre-

brechen also abzuhefeln, committiren Wir euch in gnädigstem Befehl, fortan nicht allein keinem termino probatorio die ihm zustehende Kraft eines termini peremptorii zu entziehen, oder entziehen zu lassen, sondern darneben auch alle Erkenntnisse über Beweis und Gegenbeweis dahin einzurichten, daß mit dem Beweise zugleich der Gegenbeweis angetreten, mithin die Beweisführung beider streitenden Partheien in pro- et reprobatione, soviel thunlich, in einer und derselben Frist absolviret werden müsse. Wie ihr dann auch in denen Fällen, da in einem auswärts gesprochenen Urtheil diese Vorsicht wegen des Gegenbeweises nicht genommen worden, deshalb allemahl ex officio ein absonderliches Mandatum zu erkennen haben sollet.<sup>(1)</sup> In causis criminalibus proprie talibus vero ab hac regula recedimus propter rescriptum Serenissimi declaratorium, quod sequentis est tenoris: Ihr sehet es ohne Zweifel von selbst schon ein, daß Unsere in Betreff des Termini probatorii erlassene Constitution vom 11ten Februar 1765 zwar bey den eigentlichen peinlichen Sachen ihren Abfall leide, im Uebrigen aber in allen causis fiscalibus, civilibus et mulctarum, sowohl für als wider die Fiscäle, geltend und in Anwendung bleiben müsse<sup>(2)</sup>.

(1) Samml. meckl. Landesgesetze, Ordnungen und Constitutionen, 2ter Theil, Nr. LXXXIII. A NETTELBLADT pag. 289.

(2) Ibidem, Nr. LXXXIV.

§. VII.

Rigor in coarctando termino probatorio cooptatus aliam de  
initio

initio spatii, probationi suscipiendae praefiniti, peperit controversiam saepius quidem agitatam, sed facili, uti videtur, negotio dirimendam. Persuasum mihi nempe est cum HELLFELDIO <sup>(1)</sup>, aliisque magni nominis DD., terminum probatorium ab eo demum momento incipere, quo sententia probationem injungens in rem transit judicatam et purificata est. Requiritur ergo, ut sententia interlocutoria a) in rem judicatam transierit <sup>(2)</sup> et b) purificata sit, id est, ut omnia, quae ex tenore sententiae ante probationem ipsam sunt peragenda, sint peracta. Denn, inquit scite GOENNERUS, die Aufserlegung des Beweises, in welcher Form sie auch geschehen mag, ist ein Urtheil, welches auf die Hauptsache einen wesentlichen Einfluß hat, dessen Wirkungen auch nur von der Zeit an eintreten können, wo alle Bedingungen vorhanden sind, von welchen die Kraft eines solchen Urtheils abhängt. Kommen nun Umstände hinzu, welche der Erfüllung des Urtheils ein rechtliches Hinderniß in den Weg legen; so müssen auch diese vor dem Anfang des Beweistermins gehoben werden <sup>(3)</sup>. Quoties itaque producenti praeter probationem alia per sententiam sunt injuncta negotia, ante probationem expedienda, terminus ab eo demum momento computandus est, quo probans hisce injunctis satisfecit. Dissentit quidem quoad hunc passum KOCHUS <sup>(4)</sup>, contendens, terminum regulariter immediate post momentum, quo interlocutoria vires rei judicatae nacta est, incipere, quippe alioquin producenti suppeditarentur media, exitum litis pro lubitu differendi, et hac ratione commoda acquirendi. Sed, quae vir doctissimus ad tuendam opinionem in medium protulit, rem non conficiunt. Fa-

tetur enim, ut debebat, eo in casu, quo una eademque interlocutoria alteri litigantium probationem, alteri alia ante hanc probationem expedienda injunxit, terminum probatorium initium haud capere, antequam sententia ista interlocutoria omni modo sit purificata. Verum enim vero supposito hoc casu, parti a probandi onere immuni idem concedit, quod contra meam assertionem in medium protulit; hinc, si KOCHIO adsentimus, alteri litigantium manifesto faveremus prae altero, et peccarem contra illud notissimum juris principium: aequae sanctae sunt judici partium jura, nisi lex expressa ea diversa esse jussit. Ut taceam, aliis mediis cavendum esse, ne litigantes extra limites vagentur. Longe aliter ceterum de re nostra statuunt BRUNNEMANNUS (5), STRYKIUS (6), et praxis non paucarum regionum, de qua testantur HOFFMANN (7) et SEYFFARTH (8). His enim placet, ut terminus probatorius illico post interlocutoriae publicationem currere incipiat. Sed merito rejicienda est haec assertio, quae hodie vix ulli probatur Jureconsulto. Ordinem enim processus, cujus exacta observatio justae decisioni admodum infert, semper conturbat: probaturumque inutilibus expensis onerat, quoties adversarius interposito remedio suspensivo immutationem sententiae praecedentis, saltem intuitu thematis probandi, impetrat. Ipse BRUNNEMANNUS, (quod KOCHIUS jamjam notavit,) sibi non conveniebat, concedens, interlocutoria per appellationem suspensa terminum probatorium non currere, priusquam sententia transiit in rem judicatam (9).



- (<sup>1</sup>) Jurisprud. for. §. 1155.
- (<sup>2</sup>) Regulam vulgo tradunt, terminum probatorium decem post dies, a tempore publicationis interlocutoriae computandos, initium capere. Sed duplici modo fallit haec regula. Fieri enim potest, ut litigantes decendio nondum elapso sententiam approbent; quo casu a tempore, quo se acquiescere testati sunt, terminus probatorius currere incipit. Praeterea interpositio remedii suspensivi non devolutivi ubique ad decendum adstricta non est: in his regionibus igitur majus temporis spatium addendum est.
- (<sup>3</sup>) l. c. II. 37. §. 31.
- (<sup>4</sup>) Dissertat. allegata, §. 9.
- (<sup>5</sup>) Processus civil. cap. 18. no. 14.
- (<sup>6</sup>) Ul. Modern. lib. 22. t. 3. §. 9.
- (<sup>7</sup>) Deutsche Reichs-Praxis. §. 450.
- (<sup>8</sup>) Teutscher Reichs-Prozess, Cap. 12. §. 13. S. 198.
- (<sup>9</sup>) l. c. cap. 18. no. 15.

## §. VIII.

Controversia ista de initio termini probatorii in Megapoli etiam haud incognita est. Cancellariam enim Rostochiensem computationem a die publicatae sententiae interlocutoriae, Curiam contra Gustroviensem et Cancellariam Suerinensem computationem a die rei judicatae praetulisse novimus (<sup>1</sup>). Discrimen tandem sustulit con-

sti-

stitutio recentior his verbis: Wir haben für nöthig gefunden, die unterm 10ten Februar 1766 in offenen Druck erlassene Circular-Verordnung wegen der peremptorischen und präclusivischen Eigenschaft des termini probatorii Kraft dieses dahin näher zu bestimmen: daß, so wie die Beweis = Frist, folglich auch die Zeit, binnen welcher der Gegenbeweis anzutreten ist, nicht zu laufen anfängt, wenn auf Seiten der Gegenparthen ein rechtliches Hinderniß im Wege lieget, warum derjenige, welcher beweisen oder gegenbeweisen soll, dazu noch nicht schreiten kann, und daher der wirkliche Lauf des termini reprobatorii in Gemäßheit Unserer an die Landesgerichte erlassenen Circular-Verordnung vom 13ten Januar 1787 durchgehends und in allen Fällen nur erst von der Zeit seinen Anfang nehmen soll, da der Beweisführer seinen Beweis angetreten hat, und die darauf erkannte Verordnung der andern Parthen, welcher der Gegenbeweis zustehet, insinuiret ist; also auch die Beweis = Frist erst alsdann zu laufen anfangen soll, wenn die Auflage des Beweises feststehet, mithin wenn das Erkenntniß auf Beweis für beyde Theile, sowohl, für den Beweisführer als für den Gegentheil, rechtskräftig <sup>(2)</sup> geworden ist <sup>(3)</sup>.

Quamquam haec lex de purificatione interlocutoriae diserte non loquatur, ex verbis tamen: wenn auf Seiten der Gegenparthen re. patet, placuisse assertum KOCHII eo in casu, quo producenti praeter probationem ipsam alia per sententiam injuncta sunt negotia adhuc expedienda.

(<sup>1</sup>) A NETTELBLADT Archiv für die Rechtsgelahrtheit. 1ster Th. S. 324. 330. 336.

(<sup>2</sup>) Vis rei judicatae tamen, quum remedium restitutionis in integrum intra X dies haud interponatur, post sex septimanas demum a tempore publicatae sententiae nascitur.

(<sup>3</sup>) Neueste Gesefsammlung. 1 Th. 2 Lief. Nr. 202.

### §. IX.

Non raro in litibus accidit, ut ambabus injungatur partibus probatio, actori plurimum eorum, quae ad fundamentum agendi pertinent, reo, quibus exceptiones firmantur. Hoc casu principia hucusque exposita in utroque litigatore locum sibi vindicare patet. Verum probatione ab altero postulata, alteri reprobatio aut imperatur aut saltem conceditur: hanc ob rem de termino reprobatorio adhuc nobis est differendum. Terminum reprobatorium intelligimus generaliter quodcunque temporis spatium, reprobationi suscipiendae et eorum, quae ad hunc finem conducunt, expeditioni praefinitum. Definitio ipsa ab omni impugnatione immunis nobis videtur, quum uti probatio, ita reprobatio, inducitur, continuatur, absolvitur. Sensu vero strictiori et proprio per terminum reprobatorium denotamus illud temporis spatium, ante cujus lapsum introducenda est reprobatio. Hinc terminus reprobatorius proprie sic dictus solummodo circa introductionem, minime vero circa continuationem et absolutionem reprobationis versatur; et ipsa haec introductio nihil aliud

aliud est, nisi reprobantis, se suscipere reprobationem, declaratio iuncta expositione mediorum, quibus adversarii probationem destruire sperat, et petito ad iudicem directo, ut decernat, quae opus videbuntur. Semper itaque reprobatorius terminus supponit vel terminum probatorium adversario praefixum, vel saltem probationem ejusdem anticipatam; et probatione a producente deserta aut renunciata cessat. Moneo adhuc, terminum intra quem reconventionis probatio fieri debet, non esse terminum reprobatorium sed probatorium.

Nec licet iudici, probanti praefinire terminum ad elidendam reprobationem; axioma potius, quod reprobationis reprobatio non admittatur, ordini processus maxime congruum est. Evenit nonnunquam, ut post probationem anticipatam, si iudex eandem haud sufficientem deprehendat, producenti ad meliora probationis media inducenda terminus adhuc concedatur. Hicce terminus vero minime est reprobatorius, sed probatorius anticipanti dictus, hinc parti adversae reprobatio jure meritoque denuo est indulgenda; quo facto relatio partium inter sese intuitu probationis nullo modo mutatur.

Quum jus commune reprobationi specialem non dixerit terminum, illius computatio quoque argumentis peculiaribus inde haussis firmari nequit. Eam solummodo regulam insoles rei suppeditat, quod reprobatio exigi non debeat, antequam probatio principalis exhibita, et reprobans de mediis a probante electis certior factus est. His enim nondum cognitis diiudicare non valet, utrum reprobatione indigeat, quibus reprobandi mediis opus sit, et ad quaenam  
facta

facta reprobatio sit dirigenda <sup>(1)</sup>. Hujus loci non sunt restrictiones reprobationis, quod scilicet partim juramentum deferre non liceat, partim testium examen postulari nequeat, quoties testium de eodem objecto jamjam examinatorum elogia litigantibus publicata sunt <sup>(2)</sup>.

(1) Quae de termini reprobatorii initio et computatione addi possunt, diligentissime enodavit KOCHIUS diff. cit. Haec repetere non placet.

(2) Nondum ab omnibus dubiis liberata videtur haec thesis: unde leges, quibus innititur, appono. Cap. 25. X. de testibus et attest. (II. 20.): Quaestiones quoque alias, super quibus testes fuere producti et depositiones publicatae eorum, vel renunciatum fuit testibus hinc et inde, nullis aliis ab alterutra parte super eadem receptis, secundum tenorem ipsarum mediante justitia terminetis. Nov. 90. cap. 4. §. I. Illud tamen indubium est, quia et si semel producens testes, aut bis, aut testificationes tractaverit, aut adversario hoc faciente ipse disputationem acceperit, et ex hoc didicerit testificata, non habebit omnino licentiam ullam, ulterius uti testium productione, neque si divina hoc jussio praeceperit.

#### §. X.

Initium termini reprobatorii, cuius Ordinatio Curiae provincialis mentionem haud facit, primum in Ordinatione Cancellariae Gussroviensis ita definitum legimus, ut, probatione per testes suscepta, reprobatio intra octiduum a die insinuatae citationis ad publicandum rotulum probatoriale, nisi citius fieri possit, exhibeatur <sup>(1)</sup>. Postea rescriptum, quod qualiatem peremptoriam hujus termini firmavit,

vit, (§. VI.) simul occasionem praebuit, terminum reprobatorium ab eodem die computare, a quo probatorius orditur (2). Quum autem praxis incommoda hujus computationis doceret (3), nova tandem lege extra dubitationem positum est, dilationem reprobationis tum demum praefigendam esse a iudice, quum simul probatio ab adversario exhibita insinuari potest (4); id quod recentiori adhuc lege (5) repetitum legimus.

(1) Part. II. Tit. 24. §. 12. Die Gegenbeweisung soll in den Fällen, da dieselbe sonst Statt hat, zugelassen werden, wenn gleich solche im Urtheil, darin die Beweisung auferlegt, nicht vorbehalten, noch von dem Gegen-Zeugen-Führer vor dem Urtheil bedingt wäre. Derselbe soll aber innerhalb 8 Tagen von der Zeit an, als ihm die Citation zur Eröffnung des Bezeugnisses zugekommen, sich dazu erklären, die Gegen-Beweis-Artikel übergeben, und demjenigen, was vermöge dieser Ordnung dem Zeugenführer obliegt, allenthalben gebührlich nachleben. Es ist aber Gegen-Beweisführer an diese Frist nicht dergestalt gebunden, daß er nicht zeitiger und noch vor geendigtem Zeugniß-Process Gegenbeweis führen könnte: wie denn auch derjenige, welcher den Gegenbeweis führen will, solchen, sobald er in dem, seinem Gegentheile in puncto probationis angesetzten termino unbehindert dazu gelangen kann, sub poena retardati processus, oder sonst bey Strafe nach Ermäßigung, vorzunehmen schuldig seyn, und obiges allein im Behinderungs-Fall, und da eher dazu nicht zu kommen seyn würde, verstanden werden soll. Si quis legem hanc nimis vagam dicat, eidem contradicere haud ausim.

- (<sup>2</sup>) Verbis: alle Erkenntnisse über Beweis und Gegenbeweis dahin einzurichten, daß mit dem Beweis zugleich der Gegenbeweis angetreten, mithin die Beweis-Führung beyder streitenden Partheyen, soviel thunlich, in einer und derselben Frist absolviret werden müssen.
- (<sup>3</sup>) Rescriptum de referendo et relationes Dicasteriorum, de anno 1786, exhibet A NETTELBLADT l. c. pag. 291. 295. 307. 321.
- (<sup>4</sup>) Neueste Gesefssammlung, l. c. nr. XC, verbis: Jedoch der wirkliche Laaf des termini reprobatorii durchgehends und in allen Fällen nur erst von der Zeit seinen Anfang nehmen solle, da der Beweisführer seinen Beweis angetreten hat, und die darauf erkannte Verordnung der andern Parthey, welcher der Gegenbeweis zu stehen, insinuiret ist; da dann der Führer des Gegenbeweises binnen gleichmäßiger Frist, als dem Gegner zu Führung des Beweises vorgeschrieben worden, oder aber, wenn derselbe von freyen Stücken seine Beweisführung übernommen hat, in dem Zeitraum, welcher vom Gerichte vorgeschrieben wird, seine Reprobation zu führen verbunden bleibt.
- (<sup>5</sup>) Neueste Gesefssammlung, l. c. Nr. CCII.

## §. XI.

Terminus probatorius aeque ac reprobatorius, tanquam peremptorius consideratus, utrum de momento in momentum, an de die in diem sit computandus, disceptant Jureconsulti. SCHAUMBURGIUS (<sup>1</sup>) et HELLFELDIUS (<sup>2</sup>) aliique affirmant prius, KOCHIIUS (<sup>3</sup>), BOE-

NIGCKE (4) et alii posteriori album adjiciunt calculum. Et hi optime, ut opinor. Ex qualitate enim peremptoria per se minime sequitur, terminum de momento in momentum esse computandum. Haecce computatio potius supponeret terminum fatalem, qualem vero nec terminum probatorium nec reprobatorium nuncupant leges. Jus Meclenburgicum hanc rem intactam reliquit.

(1) Princip. prax. Lib. I. S. I. M. 3. §. 8.

(2) c. 1. §. II 54.

(3) Diff. cit. §. 6. pag. II.

(4) Practica practicata, pag. 62.

## §. XII.

Ubi termino probatorio et reprobatorio vim peremptoriam (1) tribuerunt leges, ibi nihilominus, — quod uno affirmant ore Jureconsulti, — judici licet, aequè priorem petente producente ac posteriorem implorante reproducente, ex ratione sufficiente, non saepius vero quam tribus vicibus, prorogare (2). Leges Imperii Germanici porro ab illo, qui secunda vice petit prorogationem, juramentum malitiae exigunt (3), quod hodie vero in judiciis merito negligi solet (4). Ex jure Meclenburgico vulgo huc referunt, quae in Ord. Curiae Provincialis (5), Ord. Cancellariae (6) et Decreto communi Dicastrii primo loco nominati (7) de juramento quartae vel tertiae dilationis reperiuntur. Verum in his legibus terminus introducendae probationis



fuis haud circumfcribitur limitibus, fed longe alius, terminus fcilicet exhibendorum rotulorum examinis, quod commiffariis demandatum eft. Rectius in subsidium vocatur conftitutio, quae iudici permittit fatalia prorogare, quoties de impedimento legitimo fatis conftat<sup>(3)</sup>: quodfi enim fatalia prorogare fas eft, multo magis termini peremptorii prorogatio licebit. Accedit, quod probationi magis faueant leges, quam remediis fufpenfivis.

(<sup>1</sup>) Ponamus vero, fecundum leges provinciales terminum probatorium effe fatalem, — quale eft decendium appellationis fecundum jus commune, — tunc nulla omnino prorogatio concedenda foret. Et huc fpectant forfan, quae A. F. REINHARD *Sammlung vermifchter Schriften*, Band 2. St. 1. Seite 1—20 proposuit.

(<sup>2</sup>) Claproth *Einleitung in den ordentlichen Prozeß*, §. 215. Fundata eft haec restrictio ad tres dilationes in Nov. XC. c. 4. in cit. c. 15. et 55. X. de test. et attest. et in R. I. N. §. 50.

(<sup>3</sup>) Non defunt, qui cum HELFELDIO l. c. §. 268. tradunt, in tertia demum termini extensione iuramentum malitiae effe praestandum. Sed errant, monente GLUECKIO, Part. III. ad §. 268.

(<sup>4</sup>) O si omnibus, qui legislatoria pollent potestate, placeret, argumenta ponderare, quibus GROLMANN l. c. §. 69. abolitionem iuramenti malitiae commendat. Inchoavimus in Megapoli hanc emendationem processus, remittendo jusjurandum superfluum iis, qui restitutionem in integrum in judiciis superioribus petunt: praedictis opinionibus tribuendum videtur, quod in appellatione servatum fit. Unico tantum casu veniam merebitur, quando scilicet sub nomine iuramenti calumniae iurijurando delato antecedit.

- (<sup>5</sup>) Part. I. Tit. 28. Part. II. Tit. 23. §. I.
- (<sup>6</sup>) Part. II. Tit. 24. §. I.
- (<sup>7</sup>) In collectione decretorum, Cl. II. nr. 12. Samml. meckl. Landesgesetze, Ordnungen und Constitutionen, 2 Th. S. 252.
- (<sup>8</sup>) Sammlung etc. l. c. nr. CCLVI, verbis: Inhalts deren einige prorogatio fatalium außer dem Fall eines bescheinigten und allenfalls eyndlich zu bestärkenden rechtsgenüglihen impedimenti nicht soll verstattet werden.

## §. XIII.

Num solo lapsu termini probatorii aut reprobatorii desertio non introductae probationis vel reprobationis ipso jure intelligatur ac effectum fortiat: quaestio est, quam GOENNERUS affirmare non dubitavit, scribens: Wo nach besondern Landesgesetzen der Beweistermin ipso jure peremptorisch ist, da braucht man keine Ungehorsams-Beschuldigung und keinen Präclusiv-Bescheid, damit die Folgen seiner Vernachlässigung eintreten, denn er ist schon Kraft des Gesetzes zerstörllich (<sup>1</sup>). Sed ignoscat quaeso vir celeberrimus, quod a me hucusque impetrare non potuerim, ut cum ista consentiam opinione. Quamquam enim hi termini ipso jure sint peremptorii (<sup>2</sup>), haec tamen qualitas per se illis vim fatalium, proprie sic dictorum, tribuere nequit. Ex quo sequitur, morae purgationem iuste non esse denegandam. Mitio rem praeterea in dubio assertionem praevallere, non ambigitur. Haec in Megapoli quoque locum sibi vindicat, quum leges patriae controversiam non dirimant.

- (<sup>1</sup>) l. c. II. 37. § 30.
- (<sup>2</sup>) Ne offendantur lectores velim verbis — *ipso jure peremptorii*. — Ex pandectis enim videre licet, verbis — *ipso jure* — etiam eo casu uti Jureconsultos Romanos, quo effectus cujusdam juris non ante sed post decretum judicis demum existere intelligitur, vid. v. g. l. 8. §. 16. de inoff. test.

## §. XVIII.

Agitur porro inter JCtos quaestio, num de delatione juramenti ratione termini probatorii eadem valeant, quae de ceteris probandi mediis statuenda sunt. Negant DANZIUS (<sup>1</sup>) aliique, allegantes, juramenti delationi inesse qualitatem subsidiariam, hinc aditum illi ad iudicium semper patere. Alii in l. 12. Cod. de reb. cred. (IV. 1.) rem jam decisam esse opinantur, et hanc ob rationem accedunt cum BRUNNEMANNO (<sup>2</sup>), HOFACKERO (<sup>3</sup>) et KOECHY, qui peculiarem de hac quaestione contexit tractatum (<sup>4</sup>). Alii denique cum HELLFELDIO (<sup>5</sup>) in contrariam abeunt sententiam, juramenti delationem elapso termino probatorio amplius non esse admittendam, statuentes. Verum enim vero, quamvis extra omne dubium positum esse videatur, juramenti delationem tanquam medium probationis subsidiarium generaliter considerari minime posse (<sup>6</sup>), hinc rationem, quam DANZIUS pro sua opinione in medium protulit, esse rejiciendam; pariterque ex l. 12. C. de reb. cred. certi nihil colligi possit, quum leges Romanas termino probatorio nullibi vim tribuere peremptoriam

liqueat

liqueat (§. V.): attamen sententiam ex opposito contrariam omni carere dubio, minime me persuasum habeo, sed potius intermediam cum SCHAUMBURGIO (7) praefero, qui distinguit, utrum is, qui iuramentum defert, terminum deseruerit probatorium, an aliam probationem obtulerit, in eaque defecerit. De posteriori casu statim dicentur plura, in priori vero delationi iuramenti non amplius locum esse censeo, quum, qui terminum probatorium penitus neglexit, merito contumaciae poenas luat, si terminus iste peremptorius censetur.

(1) l. c. §. 262.

(2) ad l. 12. C. de rebus cred.

(3) Princ. iuris civ. §. 4439.

(4) Meditationen über die wichtigsten Gegenstände des Civil-Rechts, St. 1. No. 4.

(5) l. c. §. 800.

(6) THIBAUT, §. 1163. D.

(7) Sect. I. m. 3. c. 3. §. 6. not. 2.

§. XV.

Juri communi quoad hunc passum accessit rescriptum Megapolitanum, quod reliquis probandi mediis iuramenti delationem exaequat his verbis: Auf eure Anfrage vom 25 sten d. M. ob, zu Folge der ergangenen Landes-Constitutionen de termino probatorio, nach dessen Ablauf dennoch die Eidesdelation jederzeit zulässig sey? bleibt

bleibt auch unverhalten, daß die wegen des termini probatorii erlassenen Verordnungen die Beweisführung durch Eidesdelation allerdings in sich begreifen <sup>(1)</sup>.

(1) A NETTELBLADT, l. c. p. 348.

§. XVI.

Sed altera non minus hoc loco quaestio discutienda sese offert, ea scilicet, an is, qui terminum probatorium non neglexit, cuius spem vero alia probandi media fefellerunt, juramenti delatione adhuc uti queat. Affirmandam esse, nullus dubito, quando producens probavit nihil, nullaeque pro ejus adversario militant rationes probabiles <sup>(1)</sup>. In codicibus legum juris communis etenim nullam reperimus legem <sup>(2)</sup> huic delationi contrariam; adjuvatur potius quodammodo effato PAULI in l. 35. D. de jurejur. „Omnibus probationibus aliis deficientibus jusjurandum deferens audiendus est.“ Verum nec in iis judiciis deneganda videtur, quae termini probatorii qualitatem peremptoriam agnoscunt, quum eidem scopo inserviat, ob quem terminum coarctamus. Acceleramus scilicet litis exitum admittendo hanc probationis speciem; haud enim multum temporis exigit acceptatio et relatio sacramenti, eoque praestito remedia suspensiva cessant. Neque aliud suadet probatio pro exoneranda conscientia, quippe quae experientia teste raro sibi locum vindicat, et ab eo evitari potest, qui litem ocius terminare cupit. Admuniculatur porro argumentum, quod STRUBIUS <sup>(3)</sup> his verbis exhibet: Es machet  
nicht

nicht leicht jemand den Gegentheil durch die Eidesdelation zum Richter und Zeugen in seiner eigenen Sache, wenn er sonst Beweis führen kann. Indem das Gericht der Parthey auferlegt, solchen binnen gewisser Frist bezubringen, scheint es nicht zu erfordern, daß vor deren Ablauf, auf dem Fall, wenn der Beweis für unzulänglich erklärt würde, auch die Eidesdelation geschehen solle, als welches eine Formalität wäre, die keinen Nutzen hat, und dem Beweisführer Schaden kann. Eandem foyent sententiam MEVIUS (4), PUFENDORFIUS (5) et vir de doctrina de jurejurando meritissimus MALBLANK (6).

(1) Aliter quidem sentiunt non pauci; sed vide sis SIGLERI (KOCHII) Dissert. de eo, quod iustum est circa delationem iuramenti litis decisorii. Giess. 1783. §. 12. Si quis, inquit, ad aliquid faciendum obligatus est, ei etiam jus esse oportet ad media, quibus obligationi satisfacere potest. Hoc juri naturali convenit. Si ergo is, addit, qui praetensionem suam in facto fundat, ad ejus probationem obligatus est, ei jus competere debet ad omnes actus, quibus iudici de veritate facti illius fides fieri potest.

(2) Minime adversatur l. 14. §. 3. C. de non num. pec. (IV. 30.) De eo enim non loquitur casu ista lex, quo quis probationem expertus fuerit defeceritque, sed de probatione inutili exceptionis lapsu temporis jam extinctae.

(3) Rechtliche Bedenken, I. 164.

(4) Decisiones, IV, 5.

(5) Observat. jur. univ. I. 154.

(6) Doctrin. de jurejur. §. 53. p. 88.

### §. XVII.

Theſin, quam §pho praecedente tuitus sum, juribus Megapolitanis adversari minime videtur. Leges enim termino probatorio generaliter peremptoriam tribuentes qualitatem huic limitationi non obstant, quum termini praeclusivi iusta omnino habeatur ratio. Pariter non obstat rescriptum §. 16. citatum. Respondetur enim ad quaestio-

sionem: ob, zu Folge der ergangenen Landes-Constitutionen de termino probatorio, nach dessen Ablauf dennoch die Endesdelation jederzeit zulässig sey? generaliter: daß die wegen des termini probatorii erlassenen Verordnungen die Beweisführung durch Endesdelation in sich begreife. Probationis per alia media probandi inchoatae, et per juramenti delationem supplendae, mentio non occurrit: casum potius proponebat Dicasterium quaerens, in quo probaturus terminum probatorium plane neglexerat, et probatio per rem judicatam jamjam pro deserta erat declarata <sup>(1)</sup>. Me judice itaque non est dubium, quin nostris in judiciis <sup>(2)</sup> quoque differentia ista in juramenti delatione sit attendenda, utrum scilicet probatio sit deserta, an tentata defecerit. Multo magis autem recipienda est delatio, si intra terminum probatorium sit reservata, Me quidem non fugit, hanc etiam reservationem, licet *eventualis* tantum sit, multis displicere: sed argumenta, quibus utuntur, adeo infirma sunt, ut GOENNERO <sup>(3)</sup> accedere non haesitem.


(1) L. B. A NETTELBLADT, l. c. pag. 342.

(2) Ex defectu promulgationis colligere licet, vim legis declaratoriae huic rescripto haud esse collatam.


(3) l. c. II. 50. §. 7.


### §. XVIII.


Haec sunt, quae Jus Megapolitanum ratione termini probatorii, vel confirmando ius commune, vel ab eo recedendo, desinivit. Comparisonem utriusque juris utilitate haud destitui, probatum me dedisse confido. Complura quidem ex iure communi adjungi potuissent: sed instituti ratio non permittit, ulterius divagari. Si quis sit, qui cuncta, quae de termino probatorio disputata sunt, perspicere cupit, Ictos evolvat, quorum scripta laudavi.
















nem: ob, zu Folge der ergangenen Landes-Constitutionen de tero probatorio, nach dessen Ablauf dennoch die Exdesation jederzeit zulässig sey? generaliter: daß die wegen des hini probatorii erlassenen Verordnungen die Beweisführung durch Exdesdelation in sich begreife. Probationis alia media probandi inchoatae, et per juramenti delationem supndae, mentio non occurrit: casum potius proponebat Dicafterium erens, in quo probaturus terminum probatorium plane neglexit et probatio per rem judicatam jamjam pro deserta erat declarata (1). Me judice itaque non est dubium, quin nostris in iudicio (2) quoque differentia ista in juramenti delatione sit attendenda, in scilicet probatio sit deserta, an tentata defecerit. Multo magis recipienda est delatio, si intra terminum probatorium sit reata, Me quidem non fugit, hanc etiam reservationem, licet *tualis* tantum sit, multis displicere: sed argumenta, quibus tatur, adeo infirma sunt, ut GOENNERO (3) accedere non haesitem.

- ) L. B. A NETTELBLADT, l. c. pag. 342.
- ) Ex defectu promulgationis colligere licet, vim legis declaratoriae huic rescripto haud esse collatam.
- ) l. c. II. 50. §. 7.

§. XVIII.

Haec sunt, quae Jus Megapolitanum ratione termini probationis, vel confirmando ius commune, vel ab eo recedendo, definivit. Comparationem utriusque juris utilitate haud destitui, probatum me esse confido. Complura quidem ex iure communi adjungi poterunt: sed instituti ratio non permittit, ulterius divagari. Si quis qui cuncta, quae de termino probatorio disputata sunt, pertere cupit, Jctos evolvat, quorum scripta laudavi.

